

* Matth. * accepérunt vestimenta eius, (& fecerunt quatuor partes: unicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconsutile, désupèr contexa per totum.

27. 35. * Psal. 21. 19. 34. 24. 24. Dixérunt ergo ad invicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Ut Scriptura impleretur, dicens:

* Partiti sunt vestimenta mea sibi: & in vestem meam misérunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt.

A PAS-CHA US-QUE AD-PENTE-COSTEN-MISS. VO-TIVA B.V. Item DE SEP-TEM DO-FERIA 6. POST DO-MINIC-PASSION. # MISSA DE PASS. * Psal. 68. 22.

† Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophae, & Maria Magdalene.

Cum vidisset ergo Iesu matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri sua: Muler, ecce filius tuus.

Item
27. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus eius in sua. ^

26. Cum vidisset ergo Iesu matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, dicit TIBA B.V. 28. Pófle à † sciens Iesu quia omnia consummata sunt, ut consummarétur Scriptura, dixit: Sitio.

29. Vas ergo erat pósitum aceto plenum. Illi autem spóngiam plenam aceto, hyssopum, po circumponéntem, obtulerunt ori eius.

* Psal. 68. 30. Cum ergo accepisset Iesu acéum, dixit: Consummatum est. Et inclinato capite trádedit spíritum.

31. Iudæi ergo, (quóniam Parascéve erat) ut non remanerent in cruce cörpera sabbati, (erat enim magnus dies ille Sábbati) rogávérunt Pilátum ut frangeréntur cörpera, & tolleréntur.

32. Venérunt ergo milites: & primi quidem fregérunt crura, & altérius, qui crucifixus est cum eo.

33. Ad Iesum autem cùm veníssent, ut vidérunt eum iam mórtuum, non fregérunt eius crura, sed unus militum lánceā latus eius apéruit, & continuò exiit sanguis, & aqua.

34. Et qui vidiit, testimónium perhíbuit: & verum est testimónium eius. ^ Et ille scit quia vera dicit: ut & vos credatis.

35. Facta sunt enim hæc ut Scriptura impleretur: * Os non comminuétis ex eo.

46. 37. Et iterum ália Scriptura dicit: * Ví- Numer. 9. débunt in quem transfixérunt.

12. * Zach. 12. 38. * Post hæc autem rogávit Pilátum Ioseph ab Arimathea, (eo quod esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudeorum) ut tolleret corpus Iesu.

43. 47. Et permisit Pilátum. Venit ergo, & tulit corpus Iesu.

50. 39. Venit autem & Nicodémus, * qui supr. 3. vénérat ad Iesum nocte primum, ferens

mixtúram myrrhæ, & aloës, quasi libras centum.

40. Accepérunt ergo corpus Iesu, & ligavérunt illud línteis cum aromatibus, sicut mos est Iudeis sepelire.

41. Erat autem in loco, ubi crucifixus est, hortus: & in horto monuméntum nouum, in quo nondum quisquam pósitus erat.

42. Ibi ergo propter Parascevén Iudeorum, quia iuxta erat monuméntum, posuerunt Iesum. ^

C A P U T X X .

Resurréctio Christi, & váría eius appari-tiones; primum María Magdaléna; tum Petro & Ioánni; deinde áliis Apostolis: quibus dat Spíritum sanctum, & potestátem remitténdi peccáta: rursum Thoma & aliis Apostolis se vidéndum præbat.

1. † Nā autem sabbati, María Magdaléna venit manē, cùm ádhuc tenebræ essent, ad monuméntum: & vidit lápidem sublátum à monuménto.

2. Cucúrrit ergo, & venit ad Simónem Petrum, & ad álium discipulum, quem amábatur Iesus, & dicit illis: Tulérunt Dóminum de monuménto, & nescimus ubi posuerunt eum.

3. Exiit ergo Petrus, & ille álius discipulus, & venérunt ad monuméntum.

4. Currébant autem duo simili, & ille álius discipulus præcucúrrit cítius Petro, & venit primus ad monuméntum.

5. Et cùm se inclináset, vidit pósita linteámina, non tamen introiit.

6. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiit in monuméntum, & vidit linteámina pósita,

7. & sudárium, quod fúerat super caput eius, non cum linteáminibus pósitum, sed separátim involútum in unum locum.

8. Tunc ergo introiit & ille discipulus, qui vénérat primus ad monuméntum: & vidit, & crēdidit:

9. nondum enim sciébant Scripturam, quia oportébat eum à mórtuis resúrgere. ^

10. Abiérunt ergo iterum discipuli ad semetipos.

11. * † María autem stabat ad monuméntum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinávit se, & prospéxit in monuméntum:

12. & vidiit duos ángelos in albis, sedentes, unum ad caput, & unum ad pedes, ubi pósitum fúerat corpus Iesu.

13. Di-

* Matth. 28. 1. Marc. 16. 5. Luc. 24. 4.

† FER. 5. P O S T PASCH.

13. Dicunt ei illi: Muler, quid ploras? Dicit eis: Quia tulérunt Dóminum meum: & nescio ubi posuerunt eum.

14. Hæc cùm dixisset, conversa est retrorsum, & vidit Iesum stantem: & non sciebat quia Iesus est.

15. Dicit ei Iesus: Muler, quid ploras? quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Dómine, si tu sustulisti eum, dícito mihi ubi posuisti eum: & ego eum tollam.

16. Dicit ei Iesus: María. Conversa illa, dicit ei: Rabbóni (quod dicitur Magíster.)

17. Dicit ei Iesus: Noli me tángere, nondum enim ascéndi ad Patrem meum: vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum.

18. Venit María Magdaléna annúncians discipulis: Quia vidi Dóminum, & hæc dixit mihi. ^

* Marc. 16. 14. 1. Luc. 24. 1. † SABB. IN ALBIS.

19. * † Cùm ergo serò esset die illo, unâ sabbatôrum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter meatum Iudeorum: venit Iesus, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis.

20. Et cùm hoc dixisset, ostendit eis manus, & latus. Gavíssi sunt ergo discipuli, viso Dómino.

21. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.

22. Hæc cùm dixisset, insufiálit: & dixit eis: Accípite Spíritum sanctum:

* Matth. 18. 23. * quorum remiseritis peccáta, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retentá sunt.

* IN FE-STO THOM.

24. † Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Iesus.

25. Dixérunt ergo ei álii discipuli: Vídimus Dóminum. Ille autem dixit eis: Nisi vídero in mánibus eius fixíram clavórum, & mittam dígitum meum in locum clavórum, & mittam manum meam in latus eius, non credam.

26. Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus: & Thomas cum eis. Venit Iesu iánuis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis.

27. Deinde dicit Thomæ: Infer dígitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incrédulus, sed fidélis.

28. Respóndit Thomas, & dixit ei: Dóminus meus, & Deus meus.

29. Dixit ei Iesus: Quia vidisti me Tho-

ma, credidisti: beáti qui non vidérunt, & credidérunt. ^

30. * Multa quidem, & ália signa fecit * Infr. 21. Iesu in conspéctu discipulorum suorum, 25. quæ non sunt scripta in libro hoc.

31. Hæc autem scripta sunt ut credá-tis, quia Iesus est Christus Fílius Dei: & ut credéntes, vitam habéatis in nōmine eius. ^

C A P U T X X I .

Alia Christi apparitio ad mare Tiberiadis:

Petrus Iesu cognito mittit se in mare; tē interrogátus de suo in Christum amare, pascéndas Christi oves accipit, ac de futurō vita éxitu admonéatur.

1. P Ostéa † manifestávit se iterum † FER. 4. Iesu discipulis ad mare Tibe- P O S T PASCH.

2. Erant simili Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Dídimus, & Nathánael, qui erat à Cana Galilæa, & filii Zebedæi, & álii ex discipulis eius duo.

3. Dicit eis Simon Petrus: Vado písári. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Et exiérunt, & ascendérunt in navim: & illa nocte nihil previdérunt.

4. Manè autem facto stetit Iesus in lítore: non tamen cognovérunt discipuli quia Iesus est.

5. Dixit ergo eis Iesus: Pueri numquid pulmentárium habéatis? Respondérunt ei: Non.

6. Dicit eis: Mittite in déxteram navigij rete: & inveniētis. Misérunt ergo: & iam non valébant illud trahere præ multitudine píscium.

7. Dixit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Petro: Dóminus est. Simon Petrus cùm audisset quia Dóminus est, túnica succínxit se (erat enim nudus) & misit se in mare.

8. Alii autem discipuli navigio venérunt: (non enim longè erant à terra, sed quasi cùbitis ducéntis) trahéntes rete píscium.

9. Ut ergo descendérunt in terram, vi-dérunt prunas pósitas, & píscem superpóstum, & panem.

10. Dicit eis Iesus: Afferte de píscibus, quos prendidistis nunc.

11. Ascéndit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis píscibus cùntum quinquaginta tribus. Et cùm tanti essent, non est scissum rete.


12. Dicit eis Iesus: Venite, prandete. Et nemo audébat discumbéntium interro-

gá-

gāre eum : Tu quis es ? scientes , quia Dóminus est.
 13. Et venit Iesu , & áccipit panem , & dat eis , & píscem similiter.
 14. Hoc iam tertio manifestatus est Iesu discípulis suis cùm resurrexisset à mórtuis .
 * IN VIG. 15. Cùm ergo prandíssent , # dicit Si-
moni Petro Iesu : Simon Ioánnis díligis me plus his ? Dicit ei : Etiàm Dómine , tu scis quia amo te . Dicit ei : Pasce agnos meos .

16. Dicit ei iterum : Simon Ioánnis , dí-
ligis me ? Ait illi : Etiàm Dómine , tu scis quia amo te . Dicit ei : Pasce agnos meos .
 17. Dicit ei tertio : Simon Ioánnis , amas me ? Contristatus est Petrus , quia dixit ei tertio , Amas me ? & dixit ei : Dómine tu ómnia nosti ; tu scis quia amo te . Dixit ei : Pasce oves meas .

* 2. Petr. 18. * Amen , amen dico tibi : cùm es-
tūs iúnior , cingébas te , & ambulábas ubi volébas : cùm autem seníeris , exténdes manus tuas , & álius te cinget , & ducet quò tu non vis .



ACTUS

19. Hoc autem dixit significans quā mor-
te clarificátrius esset Deum . ^ Et cùm
hoc dixisset , # dicit ei : Séquere me . # SANCT.
 20. Convérsus Petrus vidit illum dis-
cipulum , quem diligébat Iesu , sequén-
tem , * qui & recubuit in coena super pe-
tus eius , & dixit : Dómine quis est qui
tradet te ?
 21. Hunc ergo cùm vidísset Petrus ,
dixit Iesu : Dómine hic autem quid ?
 22. Dicit ei Iesu : Sic eum volo ma-
nere dónec véniam , quid ad te ? tu me
fécere .

23. Exiit ergo sermo iste inter fratres
quia discípulus ille non móritur . Et non
dixit ei Iesu : Non móritur . sed : Sic eum
volo manere dónec véniam , quid ad te ?
 24. Hic est discípulus ille , qui testimónium
pérhibet de his , & scripsit hæc :
& scimus , quia verum est testimónium
eius . ^

25. * Sunt autem & ália multa , quæ fe-
cit Iesu : quæ si scribántur per singula .
nec ipsum árbitror mundum cápere posse
eos , qui scribéndi sunt , libros .

ACTUS APOSTOLÓRUM.

HUNC LIBRUM Syri Historiam Apostolorum vocant : *Sanctus Chrysostomus* , Li-
brum dogmatum de Spiritu sancto : *Oecumenius* , Evangelium Spiritus sancti ,
quod in eo narrentur que Spiritus instinctu , Apostoli maxime memoranda gesseré . Hic cer-
nitur miranda illa Ecclesiæ Christi infantiæ , eiusque in omnes Gentes propagatio per Apo-
stolos , & præcipue per Apostolorum Principes , Petrum & Paulum , cuius comes individuus
& adiutor Lucas medicus Antiochenus , cùm in Evangelio audita narrasset , hic visa memo-
rat , eaque quorum ipse non testis modò , sed & minister aliquando fuit . De quo preclare
Hieronymus : Actus Apostolorum nudam quidem sonare videntur historiam & na-
scen-
tis Ecclesiæ infantiam texere : sed si noverimus scriptorem eorum Lucam esse medi-
cum , cuius laus est in Evangelio ; animadvertemus pariter omnia verba illius , ani-
mæ languentis esse medicinam . Continet autem hic liber historiam annorum ferè 30. à
morte scilicet Christi , & anno Era nostræ 33. ad biennium illud quod in libera custo-
dia Romæ confusus Paulus , quod nos ad annum Era vulgaris 63. extendendum puta-
mus , ut ex notis ad marginem , nec non ex Chronologia nostra , legenti patet .

CAPUT PRIMUM.

Hoc capite duo permagni momenti conti-
nentur ; Ascensio Christi Dómini in cælum
post quadraginta dies , & Mathia elæctio .

* IN DIE
ASCENS.

I. **P**rimum # quidem ser-
mōnem feci de omnibus & Theophile , quæ
cœpit Iesu fácerē , & docere

* Maij 2. usque in diem ,
nostrī 14. quæ præcipiens Apóstolis per Spíritum
sanctum , quos élégit , assūptus est :
ann. Era 3. quibus & præbuit spíspum vivum
vulg. 33. post passiōnem suam in multis arguméntis ,
ann. à Creatione cum multis arguméntis ,
4036. in per dies quadraginta appárens eis , & ló-
quens de regno Dei .

4. Et convéscens , * præcepit eis ab Ie-
rolymis ne discéderent , sed expectarent
inchoato promissiōnem Patris , quam audíssit (in-
concurrit) per os meum : * Luc. 2.4.

49. 5. * quia Ioánnes quidem baptizávit aquâ ,
Ioann. 14. vos autem baptizabímini Spíritu sancto
2.6. non post multos hos dies .

* Matth. 3. 6. Igitur qui convénerant , interrogá-
11. bant eum , dicéntes : Dómine si in té-
Marc. 1.8. Lue. 3. 16. pore hoc restítues regnum Israél ?

Ioan. 1.26. 7. Dixit autem eis : Non est vestrum
nosse témpora vel moménta , quæ Pater
póscuit in sua potestate :

* Infr. 2.2. 8. * sed accipiéatis virtutem supre-
niéntis Spíritus sancti in vos , & * éritis
48. mihi testes in Ierúsalem , & in omni Iu-
dæa , & Samaria , & usque ad últimum
terra .

19. Et notum factum est omnibus habi-
tántibus Ierúsalem , ita ut appellaretur
ager ille , língua eórum , Hacéldama , hoc
est , ager sanguinis .

20. Scriptum est enim in libro Psalmō-
rum : * Fiat commoratió eórum deserta ,
& non sit qui inhábitet in ea : * & epis-
copátum eius accípiat alter .

tem illum , ecce duo viri astérunt iuxta
illos in véstibus albis ,

11. qui & dixérunt : Viri Galilei quid
statis aspiciétes in cælum ? hic Iesu , qui
assūptus est à vobis in cælum , sic vé-
niat quemámodum vidíssis eum cùntem
in cælum .

12. Tunc réversi sunt Ierosólymam à
monte , qui vocátur Oliveti , qui est iuxta
Ierúsalem , sabbati habens iter . *

13. Et cùm introíssent in coenaculum ,
ascendérunt ubi manébant Petrus , & Ioán-
nes , Iacóbus , & András , Philippus , &
Thomas , Bartholomæus , & Matthæus ,
Iacóbus Alphæi , & Simon Zelotes , & Iu-
das Iacobi .

14. hi omnes erant perseverantes una-
nímitè in oratiōne cum muliéribus , &
María matré Iesu , & fratribus eius .

15. # In diébus illis exúrgens Petrus in
média fratrū dixit (erat autem turba hó-
minum simul , ferè centum viginti .)

16. Viri fratres , opórtet impléri Scrip-
tūram , * quam prædixit Spíritus sanctus
per os David de Iuda , qui fuit dux eó-
rum , qui comprehendérunt Iesum :

17. qui connumeráitus erat in nobis , &
fortitus est sorte ministerij huius .

18. * Et hic quidem possédit agrum de
mercé iniquitatis , & suspénsus crépuit
médius : & diffusa sunt ómnia viscera eius .

19. Et notum factum est omnibus habi-
tántibus Ierúsalem , ita ut appellaretur
ager ille , língua eórum , Hacéldama , hoc
est , ager sanguinis .

20. Scriptum est enim in libro Psalmō-
rum : * Fiat commoratió eórum deserta ,
& non sit qui inhábitet in ea : * & epis-
copátum eius accípiat alter .

* Psal. 40.
10. Ioan. 1.3.
18. * Psalm.
27. 7.

Yyyy 21. Opór-

108. 8.